Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35083
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar

est apud nos usque in hodiernum die.
Pheta igitur cum esset et sciret quia
iure iurando iuravisset illi dominus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius.
prouidens locutus est de resurrectione
xpi: quoniam neque derelictus est in inferno.
neque caro eius uidit corruptionem.
Nunc enim resuscitauit dominus: cuius
omnes nos testes sumus. Dextera
igitur dei exaltatus et promissione
spiritus sancti accepta a deo patre: effudit
hoc donum quod nos uidetis et audistis.
Dilecti: Dixit iesus. S. Iohannem.
Cum uenerit paracletus quem ego mit-
tam uobis a patre spiritum ueritatis qui a
patre procedit: ille testimonium perhibe-
bit de me et uos testimonium perhibe-
tis. quia ab initio mecum estis. Ad.
Ex multis sanctorum Omil. beati. b. p.
gelii locis inuenimus quia discipuli ante aduentum sancti spiritus
minus capaces erant ad intelligen-
da arcana diuine sublimitatis. mi-
nus fortes ad tollerandas aduersa
humane fragilitatis erant. Sed eis
adiuenente spiritu cum augmento
diuine agnitionis data est. constantia
constantia uincendi ad ipsa martyrii
plenitudinis. Unde illis dominica
promissione nunc dicit. Cum uenerit
paracletus quem ego mittam uobis
a patre spiritum ueritatis. qui a patre procedit.
Notandum autem in primis quod
dominus spiritum ueritatis a se mittendum
esse testatur. et eundem mox a patre
procedere subiungit: non quia idem
spiritus aliter a patre procedit. quam cum
a filio mittitur. aut alio tempore a
patre procedit. quam cum a filio mittitur.
Sed ideo filius cum a se mittit a pa-
tre dicit procedere. ut aliam patris
aliam esse suam personam designet.
atque in eadem deitatis persona
unam esse operationem suam ac uo-
luntatem. cum patris uoluntate
et operatione deuinciat. Tu autem.
Cum enim eiusdem spiritus gratia
datur hominibus: mittitur profecto
spiritus a patre. mittitur et a filio: procedit
a pater. procedit et a filio: quia et eius
missio ipsa est processio quia et pa-
tre procedit et filio: ueniet et sicut pa-
tre. quia sicut coequalis est patri et
filio. ita eandem habet uoluntatem
cum patre et filio communem. Sapi-
ui uult spirat. Et sicut apostolis com-
municatis domus celestibus atque hor-
ortatur unus atque idem
spiritus: diuidens singulis prout uult.
laudes. a. Uiri galilei. Cu tel. Capitu.
Petrus: Unusquisque sicut accepit gra-
tiam in alterutrum illam administ-
rantes sicut boni dispensatores multi-
formis gratie dei. Do. v. Iesu mane. ant.
Cum uenerit paracletus quem ego mittam uobis
spiritum ueritatis ille testimonium perhibet de
me alleluia et uos testimonium perhibetis qui
ab initio mecum estis alleluia. Oda tes. ap.
Siquis loquitur quasi sermones di-
siquis ministrat tanquam ex uirtute
quam administrat deus. ut in omnibus
honorificetur deus. d. Petrus: Uidimus
iesum xpm. propter passionem mortis.
gloria et honore coronatum. ut gratia dei
pro omnibus gustaret mortem. d. Ad tes.
Alleluia. ps. Dixit dominus. Cu tel. Capitulum.
In cu. a. Nec locutus sum uobis ut cum
uenerit hora eorum reminiscamini quia ego dixi
uobis alleluia. Oda tes. feria. ii. Initium
Alleluia alleluia. v. Letatus sum. Ad oct. ant.
Exaltabo te. ps. Dominus illuminatio.
v. Ascendit deus in iubilatione. lau-